


Johannes Christian Clemann


**De Disciplina Scholastica Et Nimis Arctiori Et Nimis Laxiori Semper Damnosa :  
Programma Qvo Ad Actvm Oratorivm In Lyceo Cathedrali Sverinensi ... Die  
lanvar. M DCC LV. ... Invitat**

Sverinae: Typis Baerensprvngiani, [1755]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn890929866>

Druck Freier  Zugang





MK-12494. (n.)





## Inhalt:

- Progr. 2. Intell. der Reformationseinf. 1730.  
" 1748.  
" " 2. Feier des herzl. Geburtstags.  
" 1750. (Dihn, De Terent. etc.)  
" 1755. (Clemann, De disc. schol.)  
" " (Clemann, Des Bild eines Lehrers etc.)  
" " 2. F. d. Augsb. Conf. (Dihn, De Luc. II, 14.)  
" 1756. (Dihn, Systema stili)  
  
" 1768. (Clemann, Der richtige Gebrauch der Beiwörter.)  
  
" 1788. (Riemann, üb. d. vermischten Metaphern.)  
" 1791. (Schmidt, Mittel, Schulen emporzubringen.)  
(Nachricht v. d. Schw. Domschule 1791.)  
" 1792. (Schmidt, Verf. d. Domschule.)  
" 1798. ( " Vorbereitung zum Vortrag)  
" 1800.  
" 1801.  
" 1812.  
" 1807. (Schmidt, Beitr. 2. Gesch. d. Domschule. 1.)  
" 1808. ( " " " " 2.)  
" 1810. ( " " " " 3.)  
" 1812. ( " " " " 4.)  
" 1815. (Brüger, Wie ward der Grieche gebildet?)

Progr. 1817. (Bruger, Hell. Religions-Ideen etc.)  
" " 2. Reformationsfest (I. II. III.)  
" 1821. (Bartsch)



DE DISCIPLINA SCHOLASTICA  
ET NIMIS ARCTIORI ET NIMIS LAXIORI  
SEMPER DAMNOSA.

---

PROGRAMMA  
QVO AD  
ACTVM ORATORIVM

IN  
LYCEO CATHEDRALI SVERINENSI  
EIVSQVE

AVDITORIO MAIORI

DIE III IANVAR. MDCCCLV.  
HORA POST MERID. SECUNDA

MUSICIS CONCENTIBVS  
PASSIM INSERVIENTIBVS  
QVI CELEBRABITVR

REI SCHOLASTICAE PATRONOS  
OMNI QVA DECET OBSERVANTIA

INVITAT  
IOANN. CHRISTIAN. CLEMANN  
CONRECTOR.

---

SVERINAE  
TYPIS BAERENSPRVNGIANI.

1795





Q. D. B. V.

**D**isciplinam bene ordinatam temperatamque ad Scholarum laudem & felicitatem conseruandam pariter ac augendam imprimis facere, aequus & idoneus rerum Scholasticarum arbiter lubentissime fatebitur. Tantum vero abest, vt eam adeo angustis inclusam velimus limitibus, ac si suppressendis deprauatae naturae libidinibus tantum inserviat, vt potius omnem educandi & mentem moresque formandi rationem contineat. In eiusmodi disciplina vnicus rei Scholasticae versatur cardo, & ipsi incrementa & Scholarum decrementa iure tribuuntur, cuius rei veritatem, a summis ad ima si descendamus, factam vbique inueniemus atque rectam. Quemadmodum enim disciplinae vinculum imperiorum praecipuum decus & stabilimentum, familiarum firmissimum praesidium, & Societatum solidissimum firmamentum nobis sistit: Sic quoque in ejus sinu ac tutela serenus semper Scholarum status acquiescit. Qua remota tota simul earum felicitas corrui; Sapienter vero admittistrata magis, magisque accrescit. Ad mores enim iuuenum eleganter formandos, libidines acriter reprimendas, vitia strenue profliganda & virtutes litterasque  
A 2 alacriter

alacriter colendas efficacissima ex ea tanquam ex penu instructissimo depromuntur remedia.

Est vero non ubique eadem ejus facies, sed pro diuersa rerum, quæ huc spectant, ratione, diuersam sæpe induit vestem. Sunt Scholæ, in quibus adeo arcta ejus necluntur vincula, vt, omnibus mansuetioris & moderatioris admonitionis gradibus posthabitis, & disciplina ipsa ad fustigationes, carceres, abeundi consilia, relegationes, aliaque vehementiora castigationum genera redacta, iuuenes seruorum instar potius, quam ingenuorum habeantur. Sunt vitia cœcenda, sunt libidibus frena injicienda, sunt lasciuientis iuuentutis impetibus repagula obijcienda, sed pro ratione factorum, quæ, quomodo & acuenda, & laxanda sit disciplina, doceat. Hanc viam qui ingredi recusat in scyllam incidet Charybdim vitaturus. Sunt e contrario Scholæ, in quibus ita laxantur habenæ, vt iuuenes nullis boni ordinis legibus contineri, sed equorum instar indomitorum vagari, proque lubitu agere posse videantur.

Quæ disciplinæ diuersitas, cum suas habeat causas, in eas penitus inquirere e re nostra esse duxi, & quidem eo magis, vt ad impuros, ex quibus hoc duplex malum emanare videtur, fontes vel obstruendos vel purgandos aptiores fiamus.

Medicus, quam diu veræ morborum & symptomatum causæ cum fugiunt, hæret quo se vertat, dubius incertusque, vitæne medicamenta sua officiant potius, quam profint. Simul ac vero, causis detectis, vera morborum ratio ipsi innotescit, quæ ad vim morbi aut minuendam aut plane repellendam medicamenta adhibenda quæve omittenda, modo artis penitus, certissimus erit. Caue vero ne in ipsius disciplinæ natura hanc diuersitatem latere credas, ea, si verum ejus & determinatum spectes conceptum, semper & ubique normam iuuenes & quoad litteras & quoad mores formandi sistit, ideoque eandem retinet faciem,

faciem, ipsi si conuenienter administratur. Alii aperiuntur fontes, ex quibus tam arctior quam laxior usus suam trahit originem.

Doctorum, qui Scholis regendis præficiuntur, non eadem sunt ingenia. Quidam siue a natura ita compositi, siue per simulationem ita facti, rugas contrahendo ingenii asperitatem, moresque horridiores produunt, qui, quoties ad lectiones explicandas accedunt, aut ceremoniam quandam induunt faciem, ex qua nil, nisi summa resplendet morositas, aut acrioris disciplinae instrumentis stipati morum & uocum asperitati auctoritatem & pondus conciliaturis ludos ingrediuntur. Quæ cum ita sint, quid mirum? si eiusmodi aspera magistrorum indoles asperum disciplinae usum gignat. Quidam non adeo quidem toruo, trucique, sed liberaliori gaudent ingenio, qui uero in aliam incidunt extremitatem, nimis nempe laxioris disciplinae uestigia legendo.

Fines, quos sibi figunt quidam ludorum moderatores, eorumque diuersitas diuersum quoque parit disciplinae usum, utpote quibus sapissime suas conuenienter instituunt actiones. Fac eos, siue nimia philautia inflatos, siue pedantarum ridiculis moribus infectos, siue orbiliorum consuetudine captos & fascinosos suæ auctoritati nimis ualde indulgere, num aliud quid, quam nimis arctiorem inde sperabis disciplinam? ut pote quæ eorum auctoritati augenda accommodata esse uideatur. Fac eos corradendis opibus, colligendisque thesauris inhiare, iisque operas suas omnes mancipare, nimis laxiorem habebis disciplinae rationem. Nec est, quod mireris, causa est in promptu, iustum disciplinae exercitium ad scopos, quos sibi obtinendos proposuerunt, non facit, sed potius illis repugnat. His fontibus annumeres uelim constitutiones, & leges, quibus quarundam Scholarum status ita coarctatus & contractus est, ut iu-



uenes, omni fere temperato libertatis vsu sublato, carceribus quasi inclusi viuere debeant. Amant alterna camœnæ; verum hic nec corpus recreandi, nec animum laboribus fatigatum reficiendi vlla datur copia. Quid hoc sibi vult? vt mea fert sententia, hæc disciplina ratio asperrimam ingreditur viam; Actiones iuuenum, in disciplinam doctorum qui traditi sunt, eorumque vitam legibus constringendas esse, quilibet sanioris mentis minime negabit. Sed hoc quoque verum est, eos ita esse educandos, vt non captiuorum sed artium liberalium cultorum fata sentiant.

Sic disciplina diuersitate causisque expositis, ad vtriusque damna pedem promouere nos oportet. Ad nimis arctiorem quod attinet, tanta sunt, quæ exinde redundant, incommoda, quanta vix quisquam concipere potest. Si respicis ad doctorum ingenia, eaque cum asperiora tum liberaliora, semper his ingeniis conformes habebis discipulos, vtpote qui suos mores vel imitatione plerumque, vel consuetudine moribus conformant, quorum vtuntur institutione. Asperiora asperiores, toruos, truces, morosos, ab omni humanitate remotos, nullaque suauitate morum mollitos tibi sistent, quin tales, quorum consuetudines vitæque rationes tam frigida tamque difficiles erunt, vt cum his vix quisquam viuere queat, nam in Scholis jam timore perculsi stupidique propemodum facti conspectum aliorum fugiunt. Nimis mitiora æque sciant damnis ac asperiora, nisi vsu sanioris mentis temperentur, disciplina enim habenis vsque eo laxatis, vt quilibet pro lubitu agere queat, iuuenes, qui mores honestiores litterasque elegantiores docendi & erudiendi sunt, temporis spatium ad vtrosque concessum aut otia, aut male agendo perditum audacter ibunt. Formido disciplinae plerumque dissolutos & ignaues a nequitia ad virtutem & ab igna-  
uia

uia ad industriam reuocat, quam vero cessare cum iuuenes animaduertunt, quid erit quod eos impediat, aut stimulet? Quis vero est, qui non perspiciat, quot, quantaque damna ex hac indulgendi procliuitate effundantur. Iuuenum multorum, qui passim Scholas frequentant, non semper adeo splendida res est domi, amplaue suppellex, vt aliorum beneficiis ad vitam transigendam & sustentandam carere possint, plerisque ad mensas sic dictas ambulatorias, aliaque ciuium beneficia confugiendum est, quis vero libenter in toruos, morosos & ciuilitate morum destitutos aut in dissolutos & ignauios, de quibus bene sperare non licet, sua confert beneficia? quid vero exinde? nonne decrementum & sic damnum scholæ. Quæ hæcenus allata sunt, iis si adjicias fines, quos sibi aut præfigunt doctores & scholarum magistri, aut leges, quibus scholæ conformatae sunt, desiderant, longe maiora tibi conspicienda venient incommoda. Ubi auaritia gubernacula disciplinæ tenet, ibi ea plane euanescit, cum enim eiusmodi avari doctores vereantur, iuuenes pro eo, ac meriti sunt, castigatos alias artium liberalium officinas adituros esse, idque vero illis minus placitum, nimium quantum illis indulgent, siue negligentiores & in laboribus desidiores, siue petulantiores & effrenatiores sint. Nonne exinde diligentia hebescit, virtus exulat, malitia contra maiora quotidie capit incrementa? Quin Scholastici suo genio, qui ita impune indulgere possunt, violatis, spretisque legibus cancellos virtutis, bonique ordinis ferarum instar transilient. Ad eam moderatorum ludi indolem si spectas, qua vbique auctoritatem affectant, a que largam malorum habebis fermentem ac auaritia facit. Hi enim grandi supercilio labores, quos officium & scholæ ratio iubet, cum suscipiant, intalerabiles fiunt, quo iuuenes non alliciuntur sed potius Scholis ar-

centu<sub>r</sub>.



centur. Honoris sui rationem habere, laudabile, sed nimiam quandam, vel in rebus nihili, auctoritatem affectare, ridiculum.

Constitutiones Scholarum & leges, quibus juvenum actiones, nimis valde constringuntur aequae affluunt incommodis. Juvenes, qui ita constricti sunt, quia nesciunt, quid libertas sit, quidque ejus temperatus usus, facta siue in aliis Scholis, siue in academiis aliquanto liberius agendi copia, plerumque dissolutissimam viuendi rationem sectantur. Num id existeret? Num in ea precipitia ruerent? Si Scholarum moderatores, qui eos formandos habuerunt, aliter eos educauissent, aut scholæ ipsæ ab initio sapientius institutæ fuissent, Quin, si quis inde sanctitatem morum, & pietatis studium, sibi promittit, is, mirum in modum, nisi omnia me fallunt, errat. Ejusmodi salutare mutationes non per rigorem legum, non per coarctatum vitæ genus, sed per mitiorem Spiritus Sancti disciplinam, efficaciorque operationem ope verbi diuini in animis juvenum efficiuntur, quam si precum fidelium ardore juvenibus curæ tuæ commissis, expetis, si precibus tuas admonitiones condis & obsequas, si denique verbi Sanctioris vim animis eorum insinuas, tunc sancte viuendi, pieque deum colendi in illis excitabis studium. Riger legum timorem quidem injicit, quo vero non vera pietas sed hypocrisis enascitur. Quod si is agendi modus ad pietatis studium excitandum sufficeret, quis dubitaret, quin longe major nominis diuini cultorum, veritatisque confessorum foret numerus, quandoquidem multis in regionibus principes ad gubernacula sedent, quibus haud infucatae pietatis exercitium & amor curæ cordique est, quique violenter id promouendi, si volupe foret, facultate gaudent.

Non



Non sufficit vero, inquires, damna rei exponere, declarandum potius est, quaenam ea tollendi aut impediendi sint remedia, nullius est laboris incommoda videre, sed majoris momenti medicinam afferre; dubia mouere vel rudioris est, sed ea solide, ac pro eo, ac decet virum, soluere, sapientis.

Ast facilis res est expeditu, Arctior nimis aequae & laxior disciplinae ratio extremitates nobis sistit, si itaque scilicet aequae feliciter effugere vis ac Charibdim, temperamento utendum est, media enim tutissime itur, id vero, ut feliciter obtineatur, ante omnia ludorum magistrorum in poliendis iuuenum ingeniis pariter ac moribus occupatos ad se ipsos stilum vertere oportet, fieri non potest, ut ad saniora nondum redacti alias ad saniolem elegantiolemque redigant morum compositionem. Scholarum doctores torui, truces, horridi ad ingeniorum indolem morumque normam educationis & institutionis laborem instituent. Auari vero, & qui auri sacra fame laborant, ut cum poeta loquar, simili agent ratione ac aurigae, qui poculis onusti, vaporibusque vel vini vel cereuisiae obnubilati, plerumque habenas laxant.

Deinde ita disciplinae exercitium instituendum duco, ut temperatus libertatis usus iuuenibus Scholas nostras frequentibus concedatur, sic discant, quid sit libertatis usus vel, abusus, & facta deinde mutatione agendique copia, quomodo viuendum sit, optime scient. Porro cauendum est, ne aequitatis regulae e conspectu remoueantur, Atrociam facta grauib, leuiolem leuiolem compescenda sunt poenis, quem enim fugit, quam Saluberrima sit virtus in omnibus rebus modus. Sic fontibus impuris purgatis latiores, limpidolesque inde emanabunt riuuli, nec disciplina  
B vnquam



vnquam vel in nimis arctiorem vel nimis laxiorem precipi-  
rabitur partem.

Tandem ad rem, cujus causa, quæ hætenus dicta sunt,  
præmissi. Sunt quidam nostræ Scholæ cathedralis ejusque  
classis primæ spei melioris laudabilisque industriæ juvenes, qui  
de horrenda Absolonis seditione, pro sua dicendi facultate  
dicere in animum induxerunt. Quorum nomina oratio-  
numque argumenta germanica lingua expressa sequuntur.

#### PROLOGVS.

Daniel Christoph Neumann aus Schwerin, entdeckt  
die Ursachen, warum eine biblische Geschichte zum  
Hauptvorwurf dieser Handlung genommen, und erbit-  
tet sich, und seinen übrigen Mitrednern in einer teut-  
schen Rede ein geneigtes Gehör.



Johann Hermann Duncker aus Schwerin, betrachtet  
die Schändlichkeit des Aufruhrs Absolons in einer latei-  
nischen Rede.

Gabriel Schnell aus Schwerin, zeigt die unglückseli-  
gen Folgen des Aufruhrs überhaupt in einer teutschen  
Rede.



Gottlieb Friederich Mützel aus Mölln in Sachsen  
Lauenburg, schildert den Gemüthscharacter Absolons in  
einer teutschen Rede.

Georg

Georg Diederich Berner aus Schwerin, handelt per hypotyposia von dem kläglichen Zustand Davids auf seiner Flucht, in einer lateinischen Elegie.



Johann Georg Borast aus Bügow, entdecket in einer lateinischen Rede die Ränke deren sich Absolon bedienet.

Christian Friderich Berner aus Schwerin, redet von der Verzweiflung des Abithophels in einem teutschen Gedichte.



Wilhelm Christoph Zastrow aus Neukloster im Schwedischen, trägt in einer lateinischen Rede die Ursachen vor, warum Gott die Anschläge der Bösen vereitle.

Carl Christian Hinrich Busch aus Schwerin, untersucht in einer lateinischen Rede, warum der Rath Abithophels 2 Sam. 17. v. 14. gut genennet wird.



Ernst Siegfried Martiensen aus Grabow, beschreibt die Furcht des Volks in einem teutschen Gedichte.

Johann Hermann Rüttemeyer aus Schwerin, führet in einem teutschen Gedichte den Feldhauptmann Joab redend ein, wie er das Volk zum Streit ermuntert.

Christian Ludewig Menkel aus Schwerin, beschreibet in einem lateinisch heroischen Gedichte die herrliche Zurückkunft Davids.

Hermann


## EPILOGVS.

Hermann Georg Betecke vom Bauhof vor Büstrow, erweist in einer teutschen Rede, daß nur allein fromme Regenten glücklich sind, wünschet unsern Durchlauchtigsten Herzog Christian Ludwig alles hohe Wohlseyn, und stattet den sämtlich geehrtesten Zuhörern für ihre besondere Gewogenheit ergebensten Dank ab.


Horum orationes, vt beneuolis excipiant animis & auribus, actumque nostrum sua honorifica praesentia solenniorem reddant litterarum amici, scholæque nostræ Cathedralis patroni, omni qua fieri potest humanitate & reuerentia etiam atque etiam rogo.














the scale towards document

ich Berner aus Schwerin, handelt per hy-  
dem kläglichen Zustand Davids auf seiner  
ner lateinischen Elegie.



g Borast aus Bülow, entdeckt in einer  
Rede die Ränke deren sich Absolon bedienet.

erich Berner aus Schwerin, redet von  
felung des Abithophels in einem teutscher



stroph Bastrow aus Neukloster im Schwe-  
t in einer lateinischen Rede die Ursachen vor,  
die Anschläge der Bösen vereitle.

n Hiarich Busch aus Schwerin, unter  
lateinischen Rede, warum der Rath Abi-  
n. 17. v. 14. gut genennet wird.



o Martiensen aus Grabow, beschreibt die  
olks in einem teutschen Gedichte.

ann Rüttemeyer aus Schwerin, führet in  
en Gedichte den Feldhauptmann Joab  
ie er das Volk zum Streit ermuntert.

wig Menkel aus Schwerin, beschreibet  
inisch heroischen Gedichte die herrliche Zus-  
vids.

Hermann